

Diligite inimicos vestros.

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum

5, 38-48

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

- ³⁸ «**A**udístis quia dictum est:
“Oculum pro óculo et dentem pro dente”.
- ³⁹ Ego autem dico vobis:
Non resístere malo;
sed si quis te percússerit in délixtera maxílla tua,
præbe illi et álteram;
- ⁴⁰ et ei, qui vult tecum iudício conténdere
et túnica[m] tuam tóllere,
remítte ei et pállium;
- ⁴¹ et quicúmque te angariáverit mille passus,
vade cum illo duo.
- ⁴² Qui petit a te, da ei;
et volénti mutuári a te,
ne avertáris.
- ⁴³ Audístis quia dictum est:
“Díliges próximum tuum,
et ódio habébis inimícum tuum”.
- ⁴⁴ Ego autem dico vobis:
Díligite inimícos vestros
et oráte pro persecúentibus vos,
- ⁴⁵ ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est,
quia solem suum oríri facit super malos et bonos
et pluit super iustos et iniústos.
- ⁴⁶ Si enim dilexéritis eos, qui vos díligunt,
quam mercédem habétis?
Nonne et publicáni hoc fáciunt?

- ⁴⁷ Et si salutaveritis fratres vestros tantum,
quid amplius facitis?
Nonne et ethnici hoc faciunt?
- ⁴⁸ Estote ergo vos perfecti,
sicut Pater vester caelestis perfectus est».

Verbum Domini.